S C R I P T A

Numéro Scripta : 1631

Autre(s) référence(s) : Fauroux 188 / Tabuteau 242 / ARTEM 2704

Auteur(s) : Gilbert Crespin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1046-1066]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte, par laquelle Gilbert Crespin donne à Jumièges le fief d'Hauville, qu'il tient de lui. Gilbert reçoit en retour des religieux, deux cents livres de deniers, un cheval de vingt livres et deux onces d'or.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 812.

Éditions principales

a. Barabé Alexandre Théodore, *Recherches historiques sur le tabellionage royal, principalement en Normandie et sur les divers modes de contracter à l'époque du Moyen-Age d'après de nombreuses pièces M. SS. et sigillographie normande en XXIV planches (183 sceaux)*, avec fac-similé d'une belle charte ducale du XIe siècle commentée par Dom Tassin en 1758 en deux lettres inédites, Rouen, H. Boissel, 1863, p. 501.
b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., t. 1, n° 25, p. 72.
c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 188, p. 370-371.
d. Crispin Jackson, Macary Léonce, *Falaise Roll Recording Prominent Companions of William Duke of Normandy at the Conquest of England*, Baltimore, Genealogical Publishing Company, 1969, n° 5, p. 167.

Dissertation critique

1046 (début de l'épiscopat de Guillaume, évêque d'Évreux) - 1066 (la conquête de l'Angleterre) (FAUROUX, p. 370).

Texte établi d'après c

CUM APUD CHRISTIANISSIMOS NON PAUCI, INTER PRIMATES REGNI CÆLESTIS CONCIVES, vere pro benefitiis habentur, quique vero hoc mereantur pro suæ conversationis modulo, quoquo modo fiat, Deus, cujus providentia quæ sunt sancta proveniunt, illo elemosinis instantes gloriosius sublimare ac remunerare non desistit. Dum enim acheus elemosinam, latinus autem misericordiam sonat : « Beati misericordes, inquit, id est elemosinam sectantes, quoniam misericordiam consequentur », rursumque Dominus : « Agite elemosinam, et

omnia munda sunt vobis » ; et alibi « Benefacit animæ suæ vir misericors ». Quorum igitur et aliorum divinitatis verborum reminiscens, ego GISLEBERTUS, deicola et sanctorum servus, sub hujus regni principis Willelmi potestate constitutus, mortisque periculorum non oblitus, benefitium Alsvillam scilicet, quam a predicto meo domino militans obtineo, SANCTO PETRO apostolorum principi, tribuo. Et quoniam inestimabilis pro quantitate sui ipsa terra a vicinis loci dicitur, a monachis Gemmeticensibus, ducentas denariorum libras, et unum equum viginti librarum, atque untias auri duas, accepi ; et hæc pro pauco, quoniam transitiva habenda sunt. Sed, quod carius in rebus computatur, et quod melius eligitur, pro remediis animarum Richardi magni principis scilicet, WILELMI quoque Normanniæ domini mei gloriosi ducis, nunc in vita gratia Dei viventis, atque patris mei et matris, necnon mææ mææque conjugis ac natorum, devotius hoc ago quam cupidus aviditate muneris detineor. Nam notum fore tam presentibus quam futuris viventium, cupio, quatinus omnia superius et inferius ipsi villæ adjacentia sive pertinentia, ea ratione dono, ut si quis hanc donationis cartulam infringere, quod minime credo, presumpserit, omni maledictioni subjaceat, atque mille libras auri comiti et sexaginta milliar argenti æclesiæ persolvat et de cetero, in perpetuum, cum omni posteritate sui servus fiat. Ut autem hæc scriptio firma maneat, istorum manibus traditur roboranda quorum ista sunt nomina. Signum + Gisleberti + Crispini et conjugis ejus. Signum Vuillelmi + Nortmanniæ comitis. Signum + Vuillelmi Ebroicensis episcopi. Signum Vuillelmi + filii Osberni. Signum Stigandi + dapiferi. Signum Hugonis + pincernæ. Signum Salomo+nis. Signum + Ricardi Vuarini filii. +++++

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 11/05/2024